



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCXXVI. De Vita alterius fratris ibidem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Burchardus de Schwenden IX. Mag. Gen. Ord. Teut.

Conradus à Tierberg Junior XII. Mag. Prov. in Prussia.

corpus tuum, quo dicto statim apparuit corpus Domini in forma oblatæ, sicut ministratur in altari pendens in aëre, non longe ab ore suo, quod cum vidisset expavit, & dixit: Domine Iesu Christe, si oblatæ hæc est tuum verum corpus, transeat ad me, & aperiens os suum, intravit, & cum inestimabili gaudio sumpxit illud.

CAP. CCXXVI.

De

Vita alterius fratris ibidem.

Eodem tempore in dicto castro fuit Wolferanus Saxo, qui dum professionem fecisset in ordine Domus Teutonicae, & vellet proficere de virtute in virtutem, Diabolus invidens felicitati suæ nitebatur modis, quibus poterat, impedire. Unde accedit, quod dum idem frater Wolferanus in prima nocte surget ad orandum, Diabolus apparuit ei visibiliter, & hic, & ille, & ille, continuaverunt singulis noctibus per curriculum unius anni, sic quod Diabolus in diversis formis apparuit illi, & variis machinationibus ipsum inquietavit, & ille viriliter restitit immobilis in Dei servitio perseverans. Revoluto itaque anno cum Diabolus in illusione hac non proficeret confusus destitit, & comparere amplius non audébat.

CAP. CCXXVII.

De

Fratre Menekone Magistro terræ Pruschiæ.

Fra-

